

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**[Theologische Traktate, gedruckt und handschriftlich] -  
Cod. Rastatt 23**

**Verardus, Maximilianus**

**[S.I.], [Ende des 15. Jahrh.]**

Stylpho Jacobi Vympfelingii Sletstatini

[urn:nbn:de:bsz:31-284137](#)

*Sywoort*

UR 497 3(2)

# 16 182

**Stylpho Jacobi**  
Vympfelingii Sletstatini.

Eucharíus Gallinarius Brethemius  
Bertholdo Kyrsmanno de Horb phí  
losophie magístro :

Apologíam quandam ínstar Comedię. quę statū  
duorum sodalium canit. vnus gymnasium: alteri=us  
qui Romanā Curiā habitauit: nuper inter quę  
dam Vympfelingii Sletstatini opuscula reperi: quā  
ípse quondam in Heidelbergensi gymnasio / dum  
více cancellaríum gereret. ad licenciandos quosdā  
recítauit. eam arbitrabar lectu dignam: quoniā vel  
vtilem vel iucundam. Hanc tuę humanitati mitte  
re decreui. Nam & te credo: Iacobum nostrum nō  
solum plurimum diligere . sed etiam quibuscunq;  
eius lucubraciunculis vehementer delectari. Vale  
ex spíris Kaleñ septembris Anno. J. 4. 9. 4.

## Argumentum

**V**o quondam conterranei ex scholis parti-  
cularibus / Vincēcius ad vniuersitatē / Styl-  
pho ad Romanā sese curiam receperunt .  
Vincencius iurium litteris inuigilans : Palatini prin-  
cipis / primum cācellarius / deinde presul & antistes  
evasit . Stylpho ex vrbe profectus : saccū bullis apo-  
stolicis & pcessibus plenum asportabat . Et eadem  
forte tempestate : vterq; cōmuni fuit in patria : Vīn-  
cencius illuditur : magnificaē Stylpho : cuius tamen  
gratię nihil roboris forcabantur : qui per ignoran-  
tiam coactus renuntiare bullis : demum pascendo  
suum / prouinciam suscepit .

## Prologus

Postea quam mihi vīsum est / posse aptius sumi di-  
cendi genus . quam quod ad cohortationem līcen-  
ciandorum adiuuet . quo feruentius decētero pro-  
sequantur litteras . id arbitrabar vehementer utile  
fore . quod fructus adferem amatoris scientiarum /  
coniungens eius ex aduerso discriminā : qui litteris  
post habitis : ad quēstus aceruū sese cōferebat De-  
precor o Adolescentes dulcissimī : quod vestrę vtī-  
litatis causa decantare libet . ita tenaci pectore im-  
bibitote . ne quid vnquā iucundius aut laudabilius  
existimetis quam quod ad bēc quę suxistis dog-  
mata longe maiores semper philosophię refectione

Aa ij

nes studeatis exhaustire: moueat vos Vincēciū quē audituri estis/decus/gloria finis/pelliciat et laceſſatſtylphontis ignominia/calamitas/oppresſio cogitantes omniū mortaliū bona: diuicias/regna/potentatus/gloriam/iuuentam/valitudinem: ſiue fortuṇe iaculis/ſiue fati crudelis incurſu cōcuti adimiq; posſe.animum vero ſcientia decorum/nūquam (et ſi teneros exeat artus) posſe labefactarier. Obſecro etiam humaniſſimos patres/vt hos iocos/ſalis exptes/in hac ieunii tempeſtate/que ſerio grauita teq; poti⁹ egeret equo: auſtultet animo: nec ſe-  
cus de hiſ ſentiant/atq; ea ipſe congeſſi: iamiam in lucem proceſſura/

## Prima ſcena.

Stylpho

Vincentius

**Q**uam preclare mecum actū eſt: quāq; fœliciter: qui tot & tantis modo gratiis patriam conſpicio meam. Nemo eſt meorū ſodalium: cui me cedere putem. cum nullo tantā contraxit fortuna familiaritatē: p̄ſertim audio Vincentium coętaneū meum: in Heydelbergensi vſq; studio conuersatum: quid iſ tandem credit: his rebus fieri? An Areſtotilica marsupiū replet: quatas ille diſceptationes audiuīt de vocatiuo ſi ſuppositū reddat: quantas de verbis impersonalibus verborūq; ampullas: quot de vniuerſalibus sermonū ineptitudines nequicquam percepit? Ego vero his

mínime deditus: quod melius sciuí prosecutus sum  
Romam adii: illíc pauperibus anchora salutis he =  
ret: illíc datur altior concendere culmina . Cupio  
videre Víncencium: colloqui: illudere. Et hester= =  
no quidem vesperi : eum quoq; aduentasse rumor  
est. Visam domi paternę an siet: sed est ne ís quem  
aduersum me huc eminus deambulare cerno : certe  
ipsus est. **VINCENCIUS** Videor nísi videre  
Stylphontem qui vt vestimenta declarant/alicun= =  
de ex Italia venit et vitam duxit in vrbe. **STYL.**  
Vincenti salutē: quisnā te status habet que te in pa= =  
triā adduxit via. **VINCENCIUS** Ex Hey= =  
delberga profectus sum sperās parentum opitula= =  
men pro comparandis iurium sanctissimorum vo= =  
luminibus adipisci. **STYLPHO** O quid egistī  
semper tuos vexaturos amicos : nonne satius fuit  
mecum Romanā attigisse curiam: & illíc impetas= =  
se: quo non tibi modo: sed tuis etiā: grata iam pos= =  
sis subsidia largiri. **VINCENCIUS** Tu ne  
Stylpho: Romę te continuistī: quid tu tantisper in  
vrbe commoratus es: quid effecisti? **STYLPHO**  
Cardinalis me Rothomagēsis sibi familiarem dele= =  
git: cuius interueniente presidio: quatuor summū  
pontifex gratias indulxit: id veni in patriā: vt in du= =  
abus que modo vacant prebendis: & in ceteris de= =  
inde vt spes est in mēse quoq; papalī vacaturis: ius  
meum acceptem atq; prosequar. **VINCENCI**  
**VS** Et si quattuor vspiam prebendas vacare con= =

Aa iiij

tigerit: tu ne omnes eas suscipere non erubescis?  
**STYLPHO** Quid nū: vtinam pastor Offenbur-  
gensis mortem oppetat. **O si Decanus Haselocen-**  
**sis** animam fundat: habeo quo me pastoriā & per-  
sonatum canoniciatūq; adipisci confidam. **VIN-**  
**CENCIVS** Tibi ne vnicum copiam ministrabit  
beneficiū emolumentū. Nonne vno cōtentus eris  
beneficio? **STYLPHO** Et quur ego non multa  
plura suscipere si locus dabitur. Ha quam multi  
sunt in vrbe qui non modo non quattuor aut quin  
q;: sed ne decem aut duodecim quidē cōtentis sunt  
beneficiis **VINCENCIVS** Id me non las-  
tet: nec ea re tuam credito deleri culpam: non quo  
plures eiusmodi sunt: tollerabilior est prēbēdarum  
accumulatio: verum horrēda magis **STYLPHO**  
Et Papa largitur illis & mihi condonauit: cuius me  
auctoritate progratiū habere letor. **VINCEN-**  
**CIVS** Sanctissimus habet: & eum habere pro-  
fiteor plenitudinem iuris: & summā potestatis ab-  
undantiam largiendi: cōmutandi: tollendi: dispen-  
sandī: verum ne tu de te stulte glorieris: non est tu-  
tus apud deum: cum quo Papa dispensat sine cau-  
sa. **STYLPHO** An non illa mihi rationabi-  
lis & legitima causa est pluralitatis beneficiorum  
possidēde: quod vno aut duobus enutriri nequeo  
et quod me statū traducere celebriorem phas est.  
**VINCENCIVS** Qui tenue habet et exiguum:

recipere potest secundum: & item tertium quo se  
felicius educet ne in plateis mendicare cogatur in=  
felicis sacerdos ut id triplicata faciant apud egenū  
beneficia: quod apud nudum tempore brumali tri=  
um quattuorue thunicarum protectio. At si quis=  
quā plura possideat: quē nec egestas: nec eminen=  
tia dignitatis vrget: is profecto defunctorum ani=  
mas suis priuat suffragiis: dei cultum honoremq;  
minuit: angelos gratissimo ministerio (quo in salu=  
berrima laudis missarumq; victima sese presentes  
offerūt) despoliat: fratrem et proximum suum an=  
gustias & egestatem perferre cogit: ceteris scanda=  
la prebet: hostias nec ipse quidem offert. Nec alii  
os finit offerre. multos seducit: multis nocet: p; pau=  
cis aut nulli sepe prodest: dyaboli laqueos incurrit  
perpetuo reuera cruciandus: quod si neq; beata vi=  
ta. neq; styx atra foret: nihil tamen minus: is qui  
supra quam ei opus sit: christi patrimonium ad se  
trahit. cōtra ius fas/equū/honestū/facere videtur  
quid vero absurdius: quam quod huiuscmodi vir=  
tantī sese facit/tantam de sese opinionem concipit/  
vt se coram ceteris impudenter tot beneficiorum  
fructibus dignum arbitretur: STYLPHO  
Haud ita reor Nam poterit ex testamento mo=  
riens ecclesiis atq; prēbendis prodesse vicissim:  
largalegare munera: & deum cōciliare benignum.

Aa iij

VINCENCIUS Legare quidem poterit: si sal  
tem residui summa quedam redundat. quæ certe  
rara auis in terris est: nigroq; similis cigno: quippe  
qui sarcinis multarum se præbendarū onerant/ita  
sæpe suos claudere dies solent: ut nemo illorum dī  
gnetur hæres succedere: ad satisfactionē presertim  
creditorum obligandus: verum quamvis innume  
re suppetat opes: multo facius erat viuū posthabu  
isse superflua: quā cupida terreni pulueris accumula  
tione: & pauperum despoliatione sacerdotum in  
grandem aduersus se iram deum immortalem con  
citatuisse. Nō sunt grata deo munera legantis: que  
ut tam profuse iam diu possideret: illi dispicebat.  
**STYLPHO** Quid si quispiam repudians præ  
bendas ceteras: vñica contentus esse vellet aceius-  
ce prouentus vel insidiis vel aeris tempestate surri  
perentur: hincine culpandus erit. **VINCENCI**  
**VS** Quid si redeo ad illos qui dicunt: quid si nūc  
cœlum ruat. An tu arbitraris a deo optimo maxi  
mo desertum iri qui cogitatum suum in domino ia  
ctans: tot abiectisset onera. Nonne si nihil vel ce  
reris vel bachi tellus produceret & summus ponti  
fex Imperatoresq; glorioſissimi: terrarumq; poten  
tissimi principes/ceterorumq; mortalium plurimi/  
patientiam admittere cogerentur / quam arrogas  
sacerdos: qui supra tot excelsos maximosq; viros:  
singularem fortunam et securitatem exoptat: nec

ei fidere nouit. de quo vates ille regius iam dudum  
prophetica Lyra decatauit: Iunior fui: etenim se-  
nui: & no vidi iustū derelictū nec semen eius que-  
rens panem. **STYLPHO** Sed iuuat etiam in  
gloria viuere: & apud notos exterosq; famā exten-  
dere factis. **VINCENCIVS** Hancine tu fœ-  
licitatis partem existimas si quem rumor popula-  
ris efferat / si quis sit in ore hominum: quam fœlices  
essent fatui: quā fœlices pleriq; thiranni: quā fœlix  
īpe cristiani sanguinis inimicus: crudelis Thurcus .  
**STYLPHO** At diuicie non nihil ad fœlicitatem  
pertinere videntur. **VINCENCIVS** Si re-  
rū opulentia beatos efficit: quis inquā Iudeis plu-  
rimis euadet fœlicior. An tu illum esse beatum ar-  
bitraris . qui vniuersa vita misere & parce viuit . vt  
diues tandem moriatur: nihil est hoc homine infœ-  
licius: inter ecclesiasticos ille mihi fœlicior esse vide-  
tur: qui necessario sufficientiq; emolumento conten-  
tus: posthabitū omnibus : curie Romanę Regum  
et principum: variarumq; nouitatum negotiis: bo-  
nis litteris virtutibusq; deditus est / soliq; deo libere  
vacat & seruit. Quales enim opes. quæ diuiciarum  
aut beneficiorum copię / faciabant animam clericū  
si deus o mne bonum : si merces magna nimis: ve-  
lut insufficiens abiicitur. **STYLPHO** Sat est:  
eamus ad huius loci Plebanum: illi nos gratos ad-  
uentare hospites no diffido. **VINCENCIVS**

Aa v

Placet. i/pree/sequar.

LAMPERTVS. STYLPHO VINCEN.

Vid apud nos Stylpho tam insolēs: & qd  
Q echo tu Vincenti hic rerum agis. STYL  
PHO Visere vt valeas: & simul fortu=

nē mihi quid obtigerit amicos reddere certiores.

LAMPERTVS Quid nam est quod te acces=

sit! STYLPHO Ego qostquam urbem atti=

gī: mox in summi Cardinalis ministerium & famili

aritatem recipiebar: eius mihi gratia profuit / sēpe

cum eo ad sanctissimi pōtificis palacium admissus

sum: exceptus humaniter: nō sine liberalissimis ex

pectatiuarum gratiarū muneribus. LAMPER

TVS Audio te gratias impetravisse: Ha fœlix

iter tuū: fœlix Roma que mihi quoq; olīm ad hoc

meum beneficium p̄ebeat accessum: sed cur te cor

ripiuisti ex eo loco? STYLPHO Venio iura

mea commonstratus presuli Carduano / vacan=

tiaq; & vacatura recipiendo beneficia. LAMPER

TVS Et quid tu Vinceti? Cur ita elinguis? VIN

CENCIVS Quid ego loquar: cui nec de curia:

nec de graciis Pape: re ipa et effectu loqui quicqm

concessum est. LAMPERTVS Ho ho/ quid

tu tantisper in gymnasio tubas: Ha si iam pridem

Romam adiūsses vt Stylpho / non sine mercede pa

triā conspicareris. VINCENCIVS Mille

hominum species et rerum discolor usus: velle suū

cuiq; est: nec voto viuitur vno. hic beneficiis letat. hic aulico strepitu: trahit sua quęq; voluptas. Ego cum doctis & peritissimis omniū artium viris: moram agere: iocundius deliberans: scientias prefero voluptatibus atq; diuiciis. **LAMPER.** Quid nam refert diu didicisse: sciētia hac tempestate nō implet loculos: non vniuersitas sed Roma remunre rare solet. Et quid proderit litteras multas lectitas se/cum te quoq; tandem villanum oporteat fieri sa cerdotem. Cui(queso te)conducunt: quem releuat qui studia colunt: nemini prosunt: pigrī: dulcem feruntur transigere vitā: ab amicis longinqui era dila pidant: adiuuant neminem: absencias nonnunq;m beneficiorum receptant immeritas. **VINCEN**  
**CIVS** Non ignoramus vniuersitatū incole quā grauiter: quamq; impense ab eis qui nunquam studiis interfuerū iudicemur. verum falsus rumor cito opprimitur: si quidem fieri nō potest ut absq; mortuū hominū/huius vītē currīcula quisquā pertrans seat Imperitorum solaciū est doctos carpere: dum peccantium putant multitudine suorum culpā misnū peccatorum: sed tamen inter prudentes circūspectosq; viros clarissimorum doctissimorumq; hominū virtus et scientia popularem vincit infamiam. Quesistī/quibus vtile sūt philosophiē sectatores. Tolle vniuersitates/& tolles Romam/& Pam opprimes: & clerum gregemq; p deuia coges oberrare. Quid nam demū in orthodoxa fide ac-

Aa vi

cidere putares: si non sacerdotum impericia doctrina  
nis lectioibusque doctissimorum manuteneretur atque eruditur? Profecto hoc verbum verum est: Scientia non habet inimicum nisi ignorantem. quam exosa est nimium sapientia indoctis: & non permanebit in illa excors: Insipiens odit libros ut noctua solem: Delicias stulto dat littera quas lira capro: & velut ad citharam longo manet aure prunellus. Sic audit cuculus doctorum dogmata mutus. **LAMPERTVS** Etego quidem si velim: copiam possem haberii studii. Absentia mihi si gymnasium petrem: quotannis sexaginta prestantur aurei de pastoria mea. **VINCENCIUS** Non solis voluptibus aut diuiciis sapientie fons bibitur: non omnes qui pinguis tenent beneficia in palestrā sunt accommodati philosophie: Philosophie studium ingeniū vigorem: memoriam: industriam: perspicacem mentis aciem: vigilantissimā operam & crebram lubricationem requirit. **LAMPERTVS** Fato me senio iam confectum: non posse lora litterarum de cetero perferre: Vixi ut vixi: cum nihil mihi sciām deesse: quod ad iucundam vitam spectare dicunt omnes homines. Sunt mihi nummi: est supplex: Sunt argentei cratheres & ciathi: sunt pecora: sunt vīna: sunt familiares: sunt granaria plena sed quid tandem agere decreuisti Vincēti? **VINCENCIUS**. Cupio mihi cōparare decretū & Panormitanū iuris consultissimum: Codicēque & quinquaginta

digestorum libros: paterna sperans hac in re subsidia nequaquam mihi deesse. **LAMPERTVS**  
Ha quam miseri & infelices eorum parentes: qui in universitatibus degunt: nunquam dare desinunt: semper restat quod filii postulent. Ego istac etate non adeo sollicitauim paretes. At in Hillesheim in Dauantria in ZwicKauia in Suollis panum portiones (quas parthecas vocant) concessi: quibus hec auila si comportabiles essent locum minime prestare posset. **VINCENCIVS** Et si me scio non nihil recepisse ex meis propinquis: spes tamen non dum labefacta est: quin illis tandem cum fata velint: parem beneficentiam pietatemque placabilem sum relaturus. nec minorue gloria vel magno debet auro conferri. scientiam preferuntur nūmis quilibet expertus: et artes ipsas. hi dumtaxat qui consequi nequeunt aspernantur. Vidit pendentes aselli testiculos vulpecula: propeque casuros credidit: & diu secura est predam sperans. At postquam frustrata est. (quia non cadebant testes) Ha inquit quam nigri sunt: nunquam illos esse potuisse. **LAMPERTVS** Tu vero Stylpho fortunatus es. nihil preripiens a parentibus: venisti ut illos tecum quoque saluos efficias: quanto melius est prebendarum quam philosophie adeptioni operam nauare. **STYLPHO** Non dubito: quin iam ex his ne dum ego malis emersem: verum etiam cognatis & amicis

anchoram me pollīceor fore.

STYLPHO            PORTITOR  
ASSVERVS        PRESVL

**Q**uid affert comodí Achademias colere:  
ille meus coetaneus Vincencius : decem  
ferme nūc annos inter philosophos mora-  
tus est : nihil mercedis asportans . Quem & si ad al-  
tiores etiā gradus subleuari contingat : facile cre-  
dītu est illū si felix euadere velit : et statū adipisci  
honestum mea demū ope fulcīrī . Nam si ego De-  
canatum (vt spes est) Haselocensem attigero / vt  
ad plurīma erit beneficia presentandī potestas . Il-  
le meas suis indubie prēcibus pulsabit fores : cum  
neq; diffidam : quin quod percupio : mox prēsul  
Assuerus absoluat : quur non me Herde ponti-  
fex ille bullis obsecundaret apostolīcīs : qui si vno  
reluctaretur verbulo : lacesendi illum in urbem  
per quam facilīma daretur occasio . Heus hanc re-  
or antistītis esse curiam . Heus num quis hīc est ?  
**PORTARIVS** Quid tu tam importunus bifo-  
res vibras . **STYLPHO** Ad pontificem me ad-  
mittier volo . ocīus dīc adesse Stylphonem Cor-  
thisanum / dīchabere me ad eū que perferam man-  
data . **PORTARIVS** Antistes ocīo indul-  
get iam tibi ad eū patet aditus : vade intro et quod  
libet expedire faxis . **ASSVERVS** Quid tu  
nobis asportas noui Romīpeta . **STYLPHO**

Hoc líquidum tibi volo pater esse : hic me gerere  
mecum quaternas Romani pontificis bullas / que  
ad tranquillam mihi præstandam te possessionem  
cohortantur . vnam ad canonicatum & præbendā  
personatumq; Haselocensem : alteram ad pastori  
am proximo vacaturā . ASSVERVS Sūmi  
pontificis mandata ita ut equum est nos paratiſſi= =  
mī sumus explere : verū hāc nos hactenus legem et  
ritum obſeruasse conſtat / neminem ad animarū cu  
ram celeriter ſubmissum eſſe / qui non prius quid  
nam ſaperet a noſtro fuifet ſcholarum dīrectore  
pertemptatus . Igitur Petruſiū accedito examinan  
dus : & ſuam de tua pericīa ſententiā reporta .

STYLPHO

PETRVCIVS

**M**ittit me presul ad vetulum hunc Petruſi  
um : ha quam parum ille nouit : qui vir ſi= =  
em : Edepol ſi pontifex ſciret : quantis in  
honoribus apud Reuerēdissimū dōmīnum meum  
Cardinalem in vrbe fuerim : gauderet vtq; de mea  
preſentia : Si pontifici líquidum eſſet : quantum cu  
rialibus in negociis mea valeat industria / nō modo  
in possessionē beneficiorū per gratias apostolicas  
mihi cedentiū intromitteret : verū etiā ſuę collatio  
nis ſi que vacaret : ſpōte pſtaret bñficia : vtinā ei cō  
ſtaret qd loqui ſciā de morib⁹ curię : de gratiis expe

ctatiis: de supplicationibus: de minutis: de signaturis: de compositione datarii; de regulis cancellariis: de collectis cameræ apostolice: de vacantiis: de commendis: de reseruatis. Admiror quid is ex me Petrus querere velit: cum non in grammaticis solum litteris sed etiam in aliis omnibus: non illi me cedere putem. PETRVCIVS Stylphontem ne obuium mihi video: alumnū olīm meum: romipetam: certe ipsus est. STYLPHO Petri salutem ad te venio bullis cum apostolicis: ut sufficientem mecum atque periculam ad dignitates: personatus: animarum curas ydoneus: testem te mihi prebeas: vult presul discussis libra tui ingenii mei viribus: me sibi tuis litteris: qualis appareat demonstrari. PETRVCIVS Et id libenter ago: & te cupio posse iudicio meo comparari. STYLPHO Haud mihi dubium est quin et ingenium meum & ingentem studium mei profectum apprime sis admiratus. PETRVCIVS Id gaudeo si litteras non posthabuisti in turbine & tempestatisbus urbis. Sic enim dicitur solet/ non posse facile incrementa consequi litterarum: qui mulorum stabulis & Cardinalium lateribus coherent: fama est illos vagari: discurrere / precones & inter nuncios esse: coquos lanios: pistores: stabularios: scutiferos: parafrenarios: domum magistros sacro sancte minerue neglectores. STYLPHO Id ipsum equidem fateor haud prorsus incolis eiusce loci

legendarū audiēdarūq; litterarū copiam esse con-  
cessam. verū ego quantū potui : me plerūq; ad ca-  
pessendos transferre libros satagebā et p. s̄epe sapi-  
entiā īpam visitaui. PETRV. Credo (vt fama' est)  
hūanitatis studiū in vrbe disseminari : credo te insi-  
gnes haud latere poetas : dīc mihi quod nā est Buc-  
colici carminis. apud Virgiliū caput! STYLPHO  
Tytire tu patule : recubans sub tegymine fagi PE-  
TRVCIVS Hoc si paēto versus scandere soles :  
ex vno gemīos mihi cōficies versiculos. Opinabar  
Gallos sine legibus & syllabarū mensuris effari ser-  
monem : Iam demum audīo apud Italos quoq; cō-  
fusam & indiscretam vocabulorū p̄nuntiationem  
obseruari : sed in his nō vult p̄esul te ut pertemptē  
Euangelicę magis doctrinę refert experiri : quantū  
in te siet. Legito istuc duodecimū lucę capitulum.  
STYLPHO Accendite a frumēto pharyseorum.  
PETRVCIVS Prosequere cīciter medium.  
STYLPHO Sint lumbī vestri p̄ecincti : & luther-  
ne ardentes in manib; vestris. PETRVCIVS  
dixit. verbī huius. quę nam prima est p̄sona p̄esen-  
tis īdicatiū! STYLPHO dīxo dīxīs. PETR  
CIVS quę est prima verbī huius narrauerunt!  
STYLPHO naruō naruas naruare PETRV  
CIVS Es tu de legittio thoro? STYLPHO Nō  
sed sum de Laudenburga PETRVCIVS Quid  
est sacramētū? STYLPHO Fst nobilissimū yde-  
oma ex fontib; gr̄corū ortū habens .PETRV.

Regredere ad pōtificem : & simul quid de te senti= am litteris quas cōscrībam afferto . STYLPHO ASSVERVS Hasce tibi vt perferrē voluit litt= ras: Petrucius inlyte presul: que mihi testimoni= um prēbent vt spero doctrinę sufficiētis ASSVE RVS Quantū ex petruci litteris intelligere pos= sū: aptior es Stylpho vt porcos quā hoīes paſcas . Nō tibi patere poterit aditus / noſtra in dyocesi / ad beneficiū quoduis . nec te confido per ſuffraganeū noſtrū ad ſacros ordines promoueri poſſe .

STYLPHO PRAETOR

**S**atis etiam durus eſt ſacerdotū ſtatus: ple= nus curarū: plenus periculi. Quid ego vidi Romę: quātas prēſbyteroꝝ / antiftitum / & Cardinaliū enormitates! Nolle me ad iſtec benefi= cia per antiftitem eſſe receptum: cum ſit multo ſe= curior laicorum vita: iſtam equidē amplectar: tem= ptabo ſi poſſit ad me eđitui officiū accedere . Hac nō ſucceffit: alia aggrediar via: prētorē adibo: hūc orabo: huic ſupplicabo: credo me pro defyderatis meis poſſe adipiſcier. Te prētor obſecro: quoniam ex hoc loco natalē meū duxi: & quia in nationibus longinquis multa vidi: cāpanatoris mihi officiū cō= mittere digneris . PRAETOR Heftero vespri= iſtos tibi ſacrifē labores: aliud quidā prēripuit: ſed ne nihil impetres: eſt aliud in potestate noſtra nego= ciū: cui te crediderim plene parem. abiūt ſubulcus noſter ignorantibus nobis. eius ſi vīcem in paſcen=

dīs pecorībus excīpere deliberauerīs: q̄ muis plures  
sint qui aspirant: dabitur tibi tamen locus prē cete  
ris. **STYLPHO** Fodere nō valeo: mēdīcare eru-  
besco. fame & inedia tabescere vereor: audiūi prē-  
terea prætor/poetas & philosophos: rurī & in cam-  
pestribus vitam transegisse Accipio quam lubens.  
**PRETOR** Venito crastina luce ad consules sala-  
rium auditurus tuū: & priuilegia præcipua: & quid  
ad te curę: quid laboris attineat **STYLPHO** prē-  
sens adero.

### CONCLVSIO

Quam admiranda fati cōmutatio: ex curialī/villa-  
nus: ex familiari Cardinaliū/seruus agricolū/ex e-  
lato deiectus: ex animarū pastore: pastor porcorū  
euasit: adeo miserabiles dat exitus ignorantia: Vīn-  
cencius recepto parentū opītulamine:gymnasiū lo-  
cum reperiit: iuribusq̄ obnixe perlectis: In princi-  
pis primo cancellariū assumit: cuius deinde prēsi-  
dio fretus ad canōicatū. postremo ad episcopī cul-  
mina cōcorditer eligit. Rexitq̄ fœliciter & pruden-  
ter. Valete & plaudite Iacob⁹ Vypfelingius Slet  
statinus recnnsui Anno christi. M. CCCC. LXX.

gelese worten. Und so ist es mit dem  
nachstehenden. Und so ist es mit dem  
zweyten. Und so ist es mit dem dritten. Und so ist es  
mit dem vierten. Und so ist es mit dem  
fünften. Und so ist es mit dem sechsten. Und so ist es  
mit dem siebten. Und so ist es mit dem  
achtzen. Und so ist es mit dem neunzen.  
Und so ist es mit dem zehntzen.  
Und so ist es mit dem elften.  
Und so ist es mit dem zwölften.  
Und so ist es mit dem dreizehnzen.  
Und so ist es mit dem vierzenzen.  
Und so ist es mit dem fünfzenzen.  
Und so ist es mit dem sechszenzen.  
Und so ist es mit dem siebenzenzen.  
Und so ist es mit dem achtzenzen.  
Und so ist es mit dem neunzenzen.  
Und so ist es mit dem zehnzenzen.  
Und so ist es mit dem zwölfzenzen.  
Und so ist es mit dem dreizehnzenzen.  
Und so ist es mit dem vierzenzenzen.  
Und so ist es mit dem fünfzenzenzen.  
Und so ist es mit dem sechszenzenzen.  
Und so ist es mit dem siebenzenzenzen.  
Und so ist es mit dem achtzenzenzen.  
Und so ist es mit dem neunzenzenzen.  
Und so ist es mit dem zehnzenzenzen.  
Und so ist es mit dem zwölfzenzenzen.  
Und so ist es mit dem dreizehnzenzenzen.  
Und so ist es mit dem vierzenzenzenzen.  
Und so ist es mit dem fünfzenzenzenzen.  
Und so ist es mit dem sechszenzenzenzen.  
Und so ist es mit dem siebenzenzenzenzen.